Universitätsbibliothek Paderborn

Iacobi Bidermani E Societate Iesv Vbaldinus Sive De Vita & Indole Antonii Mariæ Vbaldini Vrbinatis, Monteæ Comitis, Breviarivm

Bidermann, Jakob

Fribvrgi Brisgoiae, 1663

Repentina mæstitia, 19

urn:nbn:de:hbz:466:1-44891

Visual Library

XIX. Repentina mæſtitia.

ASſuefactus iam ad hos cæli blandientis perpetuos riſus, ignorabat adoleſcens, quæ eiuſdem facies foret, ſi qua rugas olim obducere, frontemq; cæpiſſet oſtendere. Quare, quòd animus valeſcere plerumque non ſolet, dum per ſecunda plus æquo prouehitur, aduerſis inexpertus: idcircò, quo & Antonij virtus inter ſolida matureſceret, deducendũ conſolationis mulſum aliquandiu erat; indoléſque ſeuerius habenda. Eius mutationis hæc ferè initia exſtitere. Decreuerat fortè vitam omnem ab vltima infantia, cum quanta maxima cura poſſet, relegere: vt inſpectis rationibus, ſi q̃ à nomina puer in paterno lare feciſſet, caper homologeſin omnia

tempeſtiuè diſpungeret. Sed opus ad eam rem ſeceſſu erat; vbi liber à turbis, ſeuerè in ſe ipſe per dies aliquot inquireret. Quod cùm à loci præſide haud ægrè obtinuiſſet; exorſus eſt ſeorſim in cubiculo, rei, quæ parabatur, ſolertem operam nauare. Nec malè ceſſerant aliquò vſq; principia; dum ſubortæ paullatim nubes, in haud vulgarem tempeſtatem erupere. Nam obſtrepere animo mille tædia, & fremere cogitationes; omitteret cæpta, nunquam ad exitum, quē ipſe vellet, perducēda. Qua enim ſpe duraturum ſe credere? certè vt triduo curſum pertinacius teneret; fluctibus denique, nolit velit, conceſſurum; & quam viuendi conſuetudinem odiosè iã adiciſceret, illico deſiturum cum

mul-

multorum riſu eſſe. Magis eam inſiſteret viam, qua incedere tot nobiles videret æquales ſuos. Etiam illis ad cælum iter eſſe; paulò fortaſsè longinquius; certè autem planiùs multò, molliuſq; ac illud ſit, quod ipſe breuiús quidem, ſed per confragoſa abruptaq;, nullius exemplo moliretur. Ad hæc, indigna multa quotidiè commiſſurum, ſi in incepto pergeret; multa paſſurum, quæ omnia quondam, aut generis ſplendorem infuſcarent; aut vires corporis, annoſq; nullo digno operæ precio infringerent.

XX. *Quæſita remedia.*

HÆc talia quamuis haud neſciret Antonius, quibus auctoribus ſuggererentur; atq; ideò flocci crederet eſſe pendenda: